

Johann Jacob Döbel

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Jacobus Döbelius, Med. Doctor,  
Professor Publicus ... Ad eundum Exequias, Quas ... Catharinae Tarnoviae, Viri ...  
Dni. Enochii Svantenii, S. S. Theol. Doctoris ... relictae viduae, ceu Matri  
desideratissimae, Liberi moestissimi paratas cupiunt, Omnia ordinum Cives  
Academicos ... invitati**

Rostochii: Kilius, [1675]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn776808834>

Druck    Freier  Zugang



Döbel, J. J.  
in Cath. Tarnow  
vid. E. Suanten.  
Rostock 1675.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776808834/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776808834/phys_0003)

DFG



46.

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**JOHANNES JACOBUS DÖBELIUS,**  
Med. Doctor, Professor Publicus,  
Poliater, & Facultatis suæ DECANUS,  
Adeundum Exequias,  
Quas  
*Matronarum Clarissima,*  
**CATHARINÆ**  
**TARNOVIAE,**

*VIRI Plurimum Reverendi, Amplissimi, atq; Excellentissimi,*  
**DNI ENOCHI SVANTENII,**  
S.S. Theol. Doctoris, & P.P., Symmystæ  
nuper, apud nos, per triginta pene annos,  
fidelissimi  
relictæ Viduæ,  
deu Matri desideratissimæ,  
*Liberi mæstissimi paratas cupiunt,*  
*Optimum ordinum CIVES ACADEMICOS,*  
studiosè & benevolè invitati.



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typ.

25

# ЭЛИАНА ГАЛА

# ЭМОИЯТ

DNI ENOCHI SANTEINI

22. T. S. Doggett, B. P., Smyrna, ~~Delaware~~

ANNEO ANNO INCORPORATIONIS TERRITORI

Organization of Latin American Academics

ROSTOCHEM F. J. JOHANNES R. K. M. L. M. L. M. L.





Mbrarum ratione diei horas  
apprimè notari, conspeximus  
nuper: nunc ipsas Mundi pla-  
gas, majorumque Luminari-  
um magnitudinem videamus  
determinari. Præter alia ad-  
ducta loca, Syenem Oppi-  
dum, quod fuit supra Alexan-  
driam, quinque millibus sta-  
diorum, adducit Plinius: in  
quo, solstitii die medio, nullam jactam testatur Umbram,  
sed potius puteum ejus, experimenti gratiâ factum,  
totum illuminatum. At verò omnes, sub Æquatore, vel  
inter Æquatorem etiam & Tropicos habitantes, Αμφι-  
στεια quidem, Biumbres vocantur; quòd geminam, per  
annum, septentrionalem & australē umbram meridia-  
nam spargant: iidem tamen Αστεια quoq; Inumbres, au-  
diunt; quod Solem, in principio Arietis & Libræ, ver-  
ticalem habentes, nullam, nisi sub pedibus observent.  
Contra, sub ipsis versantes Polis, Είσοδοι, Circumumbres  
merito appellantur: ob Umbram, quam in Orbem sive o-  
mnes Horizontis partes fundunt. Sapientis animus,  
quo evehitur altius, hoc se gerit submissius atque, à  
vanitatum ostentatione alienus,

*Contrahit, vento nimium secundo,  
turgida vela.*

H. N. II 73.  
conf. Lu-  
can. II. 586.

Horat. II  
Od. 10.

loc 2

Ex

Ex adversis secunda; ex secundis adversa communiter  
nascuntur. Novit sapiens, lætioris fortunæ radio, mi-  
nantis simul & novercantis Umbram jungi, placitumq;  
esse moderatorum Supremo,

*Ut incommodi plus, maliq; illicò adsit, boni si quid obtigit.*  
Insipidus contra suam apud se felicitatem cōcoquere  
nequit: quin, tinnientis instar vasis, in Mento eam sæ-  
pius, quām Mente gerit & velut non quivis facilè fert a-  
bundantiam vini; sic neque Hic blandimentum Fortunæ,  
Sub Tropicis & circulis Polaribus existentes, Επόστολοι,  
Alterūmbres sunt, qui unicā tantū Umbrā gaudent  
meridianā: Septentrionali, si sub Cancri; Australi, si sub  
Capricorni fuerint Tropico constituti. Haud abs re-  
mirabantur Arabes, qui, adversus Cæsarem, à Pom-  
pejo in auxilium vocati, ante egressum è Zonā torridā,  
Umbram sequentem; post egressum, antecedentem no-  
tarant, inque temperatā septentrionali observarant,

*Lucan. III.*

*248.*

*Sene.*

*Epi.*

*Umbras nemorum non ire finiras,*  
sive versus Meridiem, velut in Patriā, non ferri. Ante-  
cedit nos aliquando Gloria, Virtutis Umbra, visendam-  
que sele offert: aliquando in averso est, majorque, quo  
serior, ubi invidia secessit. Catonem Civitas ignora-  
bat, respuebat, nec ante, quām perdidera, intellige-  
bat. Sed tamen, velut in prosperis non tumidus; ita  
nec in adversis timidus est Sapiens: quin, Scarabæi Um-  
bram ridens, suā se Umbrā metitur, fructum Virtutis  
uberrimum ratū: fecisse virtuosa, inque silentio memi-  
nisse. Literas, à Philippo acerbius scriptas, ubi, post  
conflictum, apud Cheronaam habitum, accepisset Ar-  
chidamus, Agesilai filius; ad suam Macedonum Regem  
Umbram fertur remisisse, quam haud scipsā, post victo-  
riam, majorem respondit. Est scilicet ipsi

*Virtus*

*Virtus preium sibi, solaque late  
 Fortuna secura nitet, nec fascibus ullis  
 Erigitur, plausuue petit clarescere vulgi,  
 Nil opus externe cupiens, nil indigalāndis,  
 Divitius animosa suis, immotaque cunctis  
 Casibus, ex altâ mortalia despicit arce.*

*Claudian.  
 Panegyr.  
 in Theod.  
 Consvers. I.*

Miramur meritò Sphingem, & Pyramides Ægyptias;  
 quarum minima, æthiopicis lapidibus, CCCLXIII.  
 pedibus, inter angulos surrexit. Nec minus Thaletem  
 miramur: qui mensuram altitudinis earum, omniumq;  
 similium iavenit, Umbram metiendo, quâ horâpar esse  
 corporis solet; uthodie cujusvis corporis perpendiculari-  
 ter erecti altitudinem, facillimo queamus negotio, ex  
 hac Umbrarum ratione indagare. Sed admiratione dignius  
 est: quod ipsam & Luminarium majorum, in cælo ex-  
 istentium, & terraquei Globi magnitudinem figuramq;  
 Umbra valeat adumbrare. Terramne Luna, an hæc ma-  
 gnitudine illam superet; doctiorum in disquisitionem ve-  
 nire solet. Verò enim verò, cum tres sint Umbrarum  
 figuræ, constetq;, si par lumen sit materia, quæ jactat  
 Umbra; Columnæ effigie jaci, nec habere finem:  
 si minor materia, quam lux; metæ existere effigiem,  
 in cacuminis finem desinentem: si verò major mate-  
 ria, quam lumen; turbinis recti schema exhiberi, cu-  
 jus imum sit angustissimum, & longitudo insuper in-  
 finita: talis autem cernatur umbra, deficiente Lunâ;  
 palam omnino sit, & tacitis quidem ipsius Naturæ in-  
 diciis, superari magnitudine Lunam, ut nullus ulte-  
 rior relinquatur dubitationi locus. Nec minus, de  
 Terraquei globi figurâ hæsitant, Umbra scrupulum  
 eximet: si parte, quâ globus dictus à Sole est aversus,  
 deficiente Lunâ, observetur, nullamque tornatilem

*Plin.  
 XXXVII.ii.  
 v. Schott.  
 amus.  
 Ferdin.  
 nand Dec.  
 IV. Propos.  
 VI. prob.  
 VI. p. m.  
 123. & Joco.  
 serior. pro-  
 pos. XXIII.*

*Conf. ad  
 Magin.  
 Theor. I. 2. a.  
 24. Lans-  
 berg. in  
 Uranome-  
 triâ Lineo-  
 mann. De-  
 lic. Calen-  
 dariogr.  
 qu. 1. ad  
 ann. 16. 41.*

sive circularem Umbram, nisi à corpore rotundo pro-  
Metius l. 1. venire posse, sciatur. Neque verò rotunditati offici-  
Instit. Afr. unt montes, quantumvis superficiem inæqualem red-  
c. 1. hypoth. dant, asperamve; quod nulla eorundem, altissimorum  
4. Wite- licet, ad Universum globum sit proportio: unde nec  
kindus, in representatione Umbræ allegatae, tumidi hacte-  
Sp̄her. p. nus quicquam est observatum. Utrum sit revera in-  
m. 93. nobis Lux, à Patre lumen; an fucus tantum, aut  
Kecker. man. Color Spiritū tenebrarum, lucem sœpe mentientis;  
I. 1. Geo- quinam ejus sint, & quam magni in nobis motus; nisi  
gr. c. 2. ex hominis interioris Umbris, factis puta, dictis, mo-  
ribus, motibus, ipso deniq; Vultu, speculo animi lucidissimo, facilius investigaveris nunquam. Atq; δ felices bea-  
tosque: quos, luce tandem deficiente, nocteque longā ingruente, suarum haut pœniteat umbrarum, pigeat-  
ve! Hos inter, Beatè functam CATHARINAM  
TARNOVIAM, nostra nos Pias, CIVES A CA-  
DEMIC! referre jubet. Nata ea, velut ex rela-  
tione habemus, hoc ipso est clarissimo loco, Anno hu-  
jus Seculi vigesimo septimo, Mense Octobri, Patre ma-  
xime Reverendo, Amplissimo, atque Excellentissimo,  
Domino JOANNE TARNOVIO, Sacro Sanctæ  
Theologiæ, dum viveret, Doctori, ejusdemque, in hac  
Universitate, Professori celebratissimo: Matre verò,  
ELISABETHA Knörcken / Matrona, omni virtutum,  
in sequiorem quidem Sexum eadentium, elogio ornan-  
dâ. Avus paternus fuit Plurimum Reverendus atque  
Clarissimus, DN. HERMANNUS TARNOVIUS,  
Pastor Ecclesiæ Greifsmühlensis quondam fidelissimus.  
Avum Maternum habuit, Clarissimum atque Doctissi-  
mum, DN. GEORGIUM KNORKENIUM, Philoso-  
phiæ Magistrum præstantissimum: Aviam maternam,  
CATHA-

CATHARINAM KRULLEN, ex antiquo Krulliorum  
stemmate oriundam. Proavis maternus extitit Cla-  
rissimus pariter ac spectatissimus PETRUS Knörcke/  
Notarius publicus immatriculatus: Proavia materna;  
ELISABETHA PETERSEN, eximiæ plane Vir-  
tutis Matrona. Renata, initiationis Sacramento, so-  
lerti semper educatione, à piissimis Parentibus, fuit cu-  
rata: qui uti ipsi, exactum pietatis virtutisque reliquæ,  
omnibus præstabant exemplum; sic ante omnia id  
agebant sedulo, ut, simili studio, hæc sua adsevereret.  
Et feliciter etiam ea succedebat cura: quod & prona-  
ubique, piè defunctæ indoles, ad optimæ ferretur; &  
deesse, tam sanctis curis, divina benedictio, nec posset,  
nec vellit. Hac ergo, Patriam sollicitudinem promo-  
vente, id eveniebat, ut pietatis non modò, ac virtu-  
tis sœmineæ exercitio; sed & rerum domesticarum,  
ritè administrandarum prudentiâ, indies magis specta-  
tior esse inciperet, orbataque Patre charissimo, in sola-  
men debitum sese Matri præberet. Allelus eâ laude,  
quem in Frontispicio nominavimus, Dominus SVAN-  
TENIUS, hanc unam futuræ vitæ fortunæque Sociam,  
Anno M. DC. XLVII. publicâ Nuptiarum solemnitate,  
sibi junxit. Neque verò improle hoc conjugium fuit:  
cujus octo pignora beatè functa salutavit. Ex Hisce,  
primò & septimò nata, haud longe post ortum, obiere:  
Cæteris superstlicantibus, obitumque Matris acerbela-  
gentibus, MAGDALENA, Pl. Reverendi atque Cla-  
rissimi DN. JOHANNIS DIETERICI Luchscherers/  
Pastoris in Holsatiâ fidelissimi Conjugi; nec non ENO-  
CHO, Philosophia Magistri fulgidissimo; JOANNI  
CHRISTOPHORO, S. S. Theol. Studio lo solertis-  
fimo;

simo; ANNÆ, ELISABETHÆ, CHRISTIANO, minorennibus; ipse Orphanorum Pater ex alto præsit. Morbus, quo decessit Beata, Hysterico-Scorbuticus perhibetur. Et huic quidem debellando, Experi-  
tissimi DN. Doctoris PAULI JOACHIMI STOCK-  
MANNI opera, sed nequicquam opposita fuit: cùm  
sacromunita viatico, ipsa Oculi Dominicâ, oculos clau-  
deret, vitamque cum morte commutaret. Nostrum  
erit, CIVES ACADEMICI! vel in Ordinis favorem, FU-  
NUS hodie, horâ primâ pomeridianâ, in Æde Ja-  
cobæa, ad dormitorium suum comitari.

VALETE!

Publicatum sub Sigillo Rectoris,  
d. XXVI. Martii, Anni M,DCLXXV.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776808834/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776808834/phys_0013)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776808834/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776808834/phys_0014)

DFG





CATHARINAM KRULLEN, ex antiquo  
stemmate oriundam. Proavis maternus  
rissimus pariter ac spectatissimus PETRU  
Notarius publicus immatriculatus: Proa  
ELISABETHA PETERSEN, eximiata  
tutis Matrona. Renata, initiationis Sacra  
lerti semper educatione, à piissimis Parenti  
rata: qui uti ipsi, exactum pietatis virtutis  
omnibus præstabant exemplum; sic ante  
agebant sedulo, ut, simili studio, hæc Sua  
Et feliciter etiam ea succedebat cura: quo  
ubique, piè defunctæ indoles, ad optimam  
deesse, tam sanctis curis, divina benedictio  
nec vellet. Hac ergo, Patriam sollicitudini  
vente, id eveniebat, ut pietatis non modis  
soemineæ exercitio; sed & rerum donis  
ritè administrandarum prudentia, indies mi  
tior esse inciperet, orbataque Patre charissi  
men debitum sese Matri præberet. Alleluia  
quem in Frontispicio nominavimus, Domi  
TENIUS, hanc unam futuræ vitæ fortunæ  
Anno M. DC. XLVII. publicâ Nuptiarum  
sibi junxit. Neque verò improle hoc conj  
eujus octo pignora beatè functa salutavit.  
primò & septimò nata, haud longe post o  
Cæteris superstlicantibus, obitumque Matr  
gentibus, MAGDALENA, Pl. Reverendi  
rissimi DN. JOHANNIS DIETERICI Lu  
Pastoris in Holsatiâ fidelissimi Conjugi; ne  
CHO, Philosophiz Magistri fulgidissimo;  
CHRISTOPHORO, S. S. Theol. Studi



the scale towards document

932

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.